



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Locis, quibus aduersarij eis præfinitionibus Sanctum Thomam fouere
volunt, eum habent aduersum.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

CERTAMEN IV.

Locis, quibus aduersarij eis præfinitionibus S. Thomam fouere volunt, eum habent aduersum.

ab eius regula possunt exire, & actiones suas prauas exercere, & apponere. Rursus 1.2. qu. 77. art. 3. init. arguit: *Peccatum est actus voluntarius: voluntaria autem sunt eorum, quæ sunt in nobis. & ita non habent exteriorem causam.* Respondet autem, *Ex hoc ipso, quod exteriora mouentia ad peccandum non sufficiunt, & ex necessitate inducunt, sequitur, quod remaneat in nobis peccare, & non peccare:* ergo, nec Deus, qui exterior motor ad actum prauum, vt summum, potest ab his asseri, sufficienter, & ex necessitate nos ad illum moueri iuxta S. Thom. Secundo, ergo ex S. Thom. si ex necessitate moueret præfinitione prædeterminatiua peccatum in nobis non esset: quare, nec voluntarium, seu liberum, nec peccatum. Ne verò respondeas loqui de motione ad formale peccati, non ad materiale. Contra primo: quia nullo alio modo potest esse motor ad formale, nisi mouendo ad materiale, quod admittit. Secundo: quia generali exclusionem mouentium extrinsecorum ad peccandum obiecta sensibilia claudit, quæ nihil (vt sic loquar) formalis peccati curant, intendunt, ad illud formaliter sollicitant, sed ad sui perfectionem solum, quæ materiale solum peccati est: sufficienter, vt ad peccandum, etiam non ex necessitate, absolute, atque ad formale peccati mouere dicantur: & in corpore negat eo adhuc modo, quo sensibilia peccati causam esse, mouere Deum ad peccandum: ne dum ex necessitate item loquitur de actu voluntario, & peccato, quia actus voluntarius est: quod actui ipso proprie, & materiali peccati competit; nec nisi ratione huius potest formali peccati conuenire.

9. Accedunt demum dux S. Thom. (imo Philosophorum, & Theologorum omnium tam scholasticorum, quam moralium) doctrine his præfinitionibus aduersæ, & repugnantes. Prima statuitur ab Arist. Ethicor. cap. 5. post medium, illustraturque à S. Thom. lect. 1.1.12. & 13. & vt indubitata asseritur ab ipso 1. part. quæst. 83. art. 1. ad 5. & 1.2. qu. 77. corporib. art. 7. & 8. Nimirum actionem prauam ex adeo vehementi passione, dispositione uel alia, quæ nobis agendi, vel non agendi potestatem non relinquit, cuiusque positio, & amoris potestatis, & libertatis nostre non sit peccatum, nobis uel ad culpam inculpabilem nullquam esse. Eligant ergo hi præfinitores: an præfinitionem ad materiale peccati dependenter à nostræ libertatis vii apponi velint: an ea posita, & cum ipsa actionem prauam, seu materiale, ac subinde formale, peccati omitti, cuiusque omissionem coniungi posse admittant: alterutrum enim ab eis admittendum est, ne sine S. Th. & totius huius in re Philosophiæ & Theologiæ Scholasticæ, ac moralis explorati defectores. Alterutro vero admisso plane à suarum præfinitionum prædeterminatiuarum doctrina deficiunt, quod si nihil de sua hac præfinitionum doctrina remittere, nec communem hanc velint deferere fidem deferere videntur legitima illatione cogendi: nempe nullam prauam actionem nobis ad culpam inculpabilem esse posse. Secunda doctrina communis, expressa à S. Th. 1.2. qu. 77. citata art. 6. & 7. est: quæcumque praua cum maiore libertate, siue ob maiorem aduertentiam, siue ob viuifiora auxilia retrahentia ab eis, siue ob minorem passionem, ac tentationem inducentes ad illa, maiora esse peccata, quam, si minori libertate ob aduertentiam, & viuifiditatem auxiliorum defectum, vel passionis, ac tentationis excessum, à nobis fierent. Determinatiuis autem præfinitionibus huiusce admittis maiore libertate, vel minore nequeunt à nobis, quouis modo præfata accidant, reici, vel admitti: is enim actus prauus si præfinitus prædeterminatiue sit, necessario, incontinentanter, ac irresistibiliter à nobis apponitur: sin autem præfinitus non sit impossibilitate, & impotentia antecedente pro natura prioris absolute nequit apponi: cum eius præfinitio necessaria ex parte causæ voluntatis sit, vt potentiam eius adæquata, & absolute talem constituat, vt in actum prauum possit absolute prodire: quare ea etiam S. Thom. & communis doctrina præfinitionibus prædeterminatiuis ad materiale peccati siue actum nostrum prauum, omnino repugnat.

1. Noster Ruiz de Montoya d. 28. sect. 1. & 3. vt erat ingenio acti, & eruditione profunda, eis ipsis locis S. Thomæ aduersarij est, quibus & suam doctrinam stabiliri putabant, ac retundendis argumentis nostris arma ministrari. Primus ex eis locis est 1.2. qu. 79. art. 2. corp. *ubi defectus* (inquit de morali actionis prauæ) *ille est ex causa creata, scilicet libero arbitrio, in quantum deficit ab ordine primi agentis, scilicet Dei unde defectus iste non reducitur in Deum: sicut in causam, sed in liberum arbitrium: sicut defectus claudicationis reducitur in tibiam curuam, sicut in causam: non autem in virtutem motiuam, à qua tamen causatur quidquid est motionis in claudicatione.* Et secundum hoc Deus est causa actus peccati: non tamen est causa peccati: quia non est causa huius, quod actus sit cum defectu, siue vt recte, ac dilucida paraphrasi Catechismus ibi: non est causa concomitantia, seu concomitantis defectus cum actu. Eum verò defectum stare ad 2. ait: quod homo non subditur ei, cui debet subdi. Et postmodum. Deus verò sic est causa actus, quod nullo modo sit causa defectus concomitantis actum. Repetit doctrinam, & exemplum 1. part. qu. 49. art. 2. corp. & ad 2. item in 2. d. 37. qu. 2. art. 2. & doctrinam eandem qu. 3. de malo art. 2. exemplo alio de motu, & influxu cæli (quod sublunarium effectum causa vniuersalis est) in monstruosos parus, & effectus illustrant vt dicebamus cer. 3. tibia hæc dulce præfinitores huiusce iam diu, ac perpetuo sonat, quasi eo exemplo Angelicus Præceptor præfinitionem diuinam prædeterminatiuam ad totum actum prauum, ac subinde ad materiale peccati, quin eius formale refundi in Deum, vt causam valeat, dilucide ostendat. Verum tibia hæc curua, qua solum doctrinam suam currere præfinitores putant, non nisi claudicando, ambulare adhuc posse exemplo ipsomet, & verbis ex S. Thom. oppositis monstrandum nunc est. Mirum siquidem esset S. Thom. eisdem ipsis locis, ex quibus tot contra præfinitiones ad materiale peccati testimonia produximus, & genuine expendimus, vt patet cer. 3. eas fere immediate statuisse, & illustribus adeo exemplis declarasse.

2. Et in primis S. Thom. defectum non esse in Deum refundendum ait, quia non est villo modo Deus causa defectus illius, qui solum est à libero arbitrio creato, sicut à tibia curua claudicatio: atqui nequit non esse causa defectus, vt à libero arbitrio provenit, si est causa materialis peccati: ergo ex S. Thomæ nequit Deus præfinitore materiale peccati. Minor probatur. Materiale peccati non est sola physica entitas tota actus prauus, sed eiusmodi entitas, vt ponitur in his circumstantiis, hic, & nunc à libera, siue ex libertate voluntatis, & libero arbitrio: atqui ita à libero arbitrio, & libertate voluntatis apponi est defectus ipse illius actus, & deficere voluntatem in illo à Deo, cui debet subdi vt S. Thom. defectus explicatur: ergo, si Deus hunc actum fieri hic, & nunc à voluntate libere præfinit, iuxta S. Thom. fieri cum defectu, siue defectuosum: quidquid autem sit ex præfinitione Dei eo modo, quo ab ipso præfinitur est suæ præfinitionis, seu ita præfinitis effectus, atque in Deum, sic præfinitentem tanquam in causam reducitur: ergo, & defectus actus nostri prauus, ac subinde actus prauus, vt defectuosus, in Deum, vt in causam reducitur, si actum prauum, vt materiale peccati est, siue, vt à libero nostro hic, & nunc arbitrio faciendum præfinit. Secundo eius solum defectus iuxta S. Thomam Deus causa non est in actu prauo, qui comitanter solum, non consequenter se habet in actu illo respectu Dei: atqui defectus actus prauus, siue eius positio hic, & nunc ex libertate voluntatis, non se habet comitanter, sed consequenter ad respectum Dei, si illum

inclinat ad actionem deformem, quod à Deo, eiusque operatione, & cooperatione omnem prorsus excludit praviam à Deo voluntatis motionem, vt ex parte sua actum praviu apponat (in quo & materiale peccati, & deformitas actus illius est) à Deo relegat omnino; quod autem dicat Deum influere voluntati operari: non dicit praviu Dei concursu, & motionem vt operetur, quia ex priori natura ad eius operationem, hæc voluntati, vt ad ea est, à Deo influatur, & determinetur: sed solum, quia voluntati creatæ, conditione ipsius, influit ante eius operationem esse, & actiuitatem seu posse absolutum operandi, & quidquid in ipsa agente perfectionis esse ex parte actus primi debet, vt in actum secundum, & operationem producat (vt verba ipsius expressa sunt) & quorum influxu in actus ab ea elicit defectum, & deformitatem influere, eamve adhuc modeste non causare defendit: quia indifferens, eis etiam à Deo datis, & inditis, reliquitur, ex suæque solum libertate, ac subinde à seipsa, non à Deo inditis, quatenus ex parte sua est, se determinat, & operatur: in quo defectus actionis, & materiale peccati iuxta S. Thom. omnino consistit. Si autem ex parte actus primi præfinitione prædeterminata pravi voluntatem ad actum, & operationem praviu, siue, vt ex libertate ipsius determinaret, dubio procul defectus, & deformitatis in actu reperi causa esset: quare hoc etiam testimonio eiusmodi præfinitiones propli-

6. Mouet aduersarij plura alia S. Thom. loca, quæ me iudice, melius ipsi quiescerent. Nimirum ex 1.2. qu. 19. art. 2. & qu. 3. de malo artic. 2. ratione 2. item 3. contra gent. 70. ac 1. p. qu. 103. art. 4. maxime ad 3. verum cum eis ipsi locis offendimus certam. 3. S. Thom. expresse præfinitiones actus pravi, prout ex nostra libertate ponendi, & quod idem est) materialis peccati, consutisse: ea in sensu ab Angelicæ mentis alieno opponi facis euincit. Sed aduersarij præmotionis, & voluntatis nostre à Deo, vt vniuersali causa apud S. Thom. legentes litteram (quæ sine eius spiritu, & mente occidit) & loca proferunt, quibus occiduntur: & vocis eius occasione apponere illum è pluribus aliis locis tentant. Præcipue art. 3. quæstionis illius 9. argum. Sed contra, & corp. & ad 7. & art. 4. & 6. fin. qu. etiam 1. art. 2. corp. qu. 10. art. 4. corp. qu. 15. art. 2. corp. qu. 16. art. 1. & 2. quæst. 17. art. 5. ad 3. qu. 107. art. 2. ad 1. art. 6. corp. Eius enim, & pluribus aliis locis illud repetit quod ex q. illa 9. retulimus cert. 3. *Deus mouet voluntatem hominis vt vniuersalis moueat voluntatem, ad vniuersale obiectum voluntatis, quod est bonum: & sine hac vniuersali motione homo non potest aliquod vellet, sed bene prærationem se determinat ad volendum hoc, vel illud* (ad quod vique vniuersali illa motionem determinatus non est) quod est vere bonum, vel apparens bonum: ergo S. Thomas quoties creatas voluntates mouet, præmouet à Deo, vt vniuersali causa, ait, non de alia motione, aut præmotione loquitur quam ad bonum in communi: ea solum ratione, qua naturam voluntati creationis iure de se determinatam quoad speciem ad bonum in communi, præ malo prosequendum condidit, cooperatur ille quidem voluntati, non autem illam mouet, præmouet, aut prædeterminat, quia eius libertati, & arbitrio determinationem relinquit: quare nec materiale peccati, quod est in prosecutione boni particularis apparentis, prædeterminatiue prædefinit iuxta Angelicum præceptorem.

7. Obiectant rursus illum 1.2. quæst. 79. art. 4. ad omnia fere argumenta dicentem obsecrationem, & obdurationem cordis, etsi mala sit, à Deo tamen volitam esse, vt in salutem hominis ordinatur: ergo actio praua, vt ad Deum ordinabilis amari etiam in particulari à Deo potest, ac subinde præfinitur, in primis obiectio hæc totam deestit præfinitionum doctrinam nihilque (dato toto) eius doctrinæ probat. Etenim non probat actiones prauas, & materiale peccati à Deo prima causa agente: & vniuersale mouere, sed vt causa finali posse præfinitur. Secundo: probat solum posse, non autem necessitatem propter se, ad hoc vt finem præfinitur à Deo debere: vt necessitati præfinitionum ab huius assertæ opus erat. Tercio, neque creatum aliquod bonum (ne dum malum morale) ordinabile ad Deum tanquam finem, vel qui, vel cui, est, vt controu-

4. ostendimus: quare non tener argumenti consequentia: ex eo, quod exsecratio, & obduration cordis, quæ vitilis, ac subinde ordinabilis ad salutem hominis, vt finem qui, & ad ipsum hominem vt finem cui sit, illam ad Deum ordinabilem esse, atque ea ratione amari, ac præfinitur à Deo posse. Quattro, si illa dictione (*etsi mala sit*) de malo morali etiam exsecrationis intelligatur, amari à Deo posse, adhuc ob salutem exsecrati, siue, vt ordinabilem ad illam, non inquam S. Thomæ doctrinam, sed nec Catholicam est: scilicet, peccatum, quia tale ob aliquem finem, etiam totius mundi salutem amari à Deo posse, quod est hæreticorum. Quinto, absurdum adhuc (si potest) inferretur: peccatum quod toto odio aueratur Deus in ipsum tanquam in finem ordinabilem esse: scilicet, quod se toto, & essentia sua à Deo sine ultimo deordinatione ipsa est, ad ipsum tamen ordinabilem esse, quæ secum pugnantem manente; nec, nisi actu penitentia, quæ peccati destructio est: non peccatum quidem, sed eius potius non esse, & destructio, in Deum potest ordinari.

8. Ad S. Thomæ eo loci doctrinam, & mentem Catholicissimam redeundo, exsecrationis, & obdurationis nomine non culpam, & peccatum intelligit, sed eius permissionem, quæ per omnes sanos Theologos, & S. Thomam in voluntate Dei conferendi auxilia solum sufficientia, non autem efficacia omnino consistit: & hanc quidem voluntatem peccati permissionem, vt vitem ad salutem hominum siue ex humilitate, siue ex penitentia de peccato etiam ipso capiendam adeo amabilem, & ordinabilem esse plures cum S. Thomæ, & aliis Doctoribus asserunt, etsi eorum plerique non ita facile, ac dilucide defendant, vt videbimus controuers. 7. de prædest. eiusque effectibus. At vero exsecrationem, & obdurationem cordis pro peccato obsecrati, & obdurati acceptam nulloquam præmobillem, & præordinabilem, amabilem, causabilemque à Deo esse expressa, & constans est Sancti Thomæ doctrina id negantis de exsecratione, & obduratione in 1. d. 40. qu. 4. art. 2. corp. init. *In quantum est actus voluntatis obstinatus in malum, cui pertinaciter adheret, & citata qu. 79. art. 3. corp. init. ubi ait: Deum non esse causam exsecrationis, & obdurationis, in quantum impertit motum animi humani in malum, & auersum à diuino lumine.* Solum ergo exsecrationem, & obdurationem primo sensu sumptas è Dei voluntate esse posse S. Tho. Catholice docuit non autem exsecrationem, prout peccatum dicit exsecrati, & obdurati, adhuc materiale: cuiusmodi solum est actus voluntatis, & motus animi oblinati in malum, siue adherentis malo, & auersi à diuino lumine, quibus obstinationis, & obdurationis peccatum, quod amari, cauaturque à Deo negauit, S. Thom. explicuit.

9. Denum opponunt ex eadem qu. 79. art. 1. ad 3. hanc S. Thom. sententiam *efficitur causa media procedens ab ea, secundum quod subditur ordini causa prima reducitur etiam in causam primam. Sed si procedat à causa media secundum quod exit ordinem causa prima non reducitur in causam primam.* Singulis locis contra nos ex S. Thom. obiectis vidimus præfinitiones prædeterminatiuas obiecti, & proficiendi: sed hoc postremo videmus apertius. Etenim ea solum ratione effectus, siue actus prauus noster potest exire ab ordine causæ primæ, ipsique contrarietati, quatenus hic, & nunc, & in his circumstantiis legis prohibentis, & aduertentiæ ex nostra libertate, & arbitrio hic actus apponitur: atqui, vt sic à nobis apponatur Dei præfinitio prædeterminatiua causa à nobis inimpedibilis est: ergo quatenus exit ab ordine causæ primæ, ipsique contrarietati à causa prima est, ac proinde in ipsam tandem reducendus erit, & formaliter in illam, vt causam primam, cum per aduersarios, quia prima causa est actum nostrum, vt ex nostro arbitrio apponatur prædeterminat, ac præfinit. Secundo cum id, quod iuxta efficacem voluntatem Dei causæ primæ ab arbitrio, & voluntate nostra apponitur omnino, nequeat eius ordini contrarietati, ab eoque exire, atque actus, qui à nostra voluntate ex Dei præfinitione vt ita ab illa apponatur, apponitur omnino iuxta Dei causæ primæ efficacem voluntatem: cum apponitur: ergo eius ordini non contrarietati, neque actus prauus, seu materiale peccati esse potest, absque quo peccatum formale esse repugnat. Quare præfinitiones prædeterminatiuæ conclusionem S. Thom. in eo testimonio, & distinctionem de actu quatenus subditur, & quare-

REGA
L. par
V. Ia.

nus exit ab ordine causæ primæ repugnantem reddunt: ac demum peccata esse nobis impossibilia demonstrant.

CERTAMEN V.

Theologi reliqui hisce præfinitionibus aduersantur.

1. EA quidem, qua vidimus cert. 2. 3. & 4. fide à Re-
centioribus Dominicanis, quos impugnamus, Do-
ctores sui referuntur: externi verò, haud quaquam pro
illis inducuntur fide meliore. Altiſiodorensis in primis,
qui 2. sum. tract. 15. qu. ult. med. etſi materialem actio-
nem peccati à Deo eſſe, ſecus eius maliciam, vt omnes
fatemur, concedat: tamen rationem ſubdit, qua eius præ-
ſinitionem, & prædeterminationem à Deo nobiſcum reie-
ctet. Obiectioni enim ex S. Dionyſio propoſita: *optimi eſt
optima adducere; ſed mala aſſio non eſt optima: igitur
Dei non eſt ipſam adducere.* Reſponder intelligendam
eſſe maiorem: [In his, quæ agit Deus per ſe ſc. & ex ſua vo-
luntate. In his, quæ agit Deus per ſe dico: quia actio, in
qua Deus cooperatur homini, bene poteſt eſſe mixta: ex
ſua voluntate dico: quia, cum Deus agit, quaſi inuitus,
id, quod tunc agit poteſt eſſe malum.] Ergo non præſi-
nitur, & prædeterminatur: quia quod ex prædetermina-
tione non cooperatur ſolum, & quod præſinitur, nõ quaſi
inuitus, ſed ex ſua agit voluntate. Ideo 1. etiam ſum. art. 2.
à medio hoc fuſe docet. *Deus quantum ex ſe eſt, vult,
vt mala non ſint.* Guillelm. item Pariſienſis. 1. p. tract. de
vitiis, & peccat. c. inchoante. *De peccatis autem, id eſt,
operibus humanis, circa med. docet quavis neceſſitate à
quouis extrinſeco admotore nobis inducta, quæ nobis ad
operandum, vel ſecus dominium, & authoritatem ope-
randi non relinquit, nos à culpa liberari, atque in moto-
rem illum reſcindere.* Magiſt. in 1. d. 48. q. ult. c. 2. ait: *vo-
luit tota Trinitas, vt Chriſtus pateretur, neque tamen vo-
luit vt Iudei occiderent: quia voluit poenam Chriſti; ſed
non voluit culpam Iudeorum: quibus à voluntate occi-
ſionis Iudeorum ad voluntatem culpæ, & malitiæ eius te-
nere conſequentiam facitur.* c. 3. *Non volebat Deus, vt
Iudei occiderent eum. Non enim volebat actionem Iu-
deorum, quæ mala erat, ſed volebat paſſionem bonam: &
hæc voluntas per malas Iudeorum voluntates impleta eſt.*
Alex. 2. p. q. 100. m. 3. art. 5. ex Auguſt. ait, *motum auerſio-
nis à Deo non aliunde, quam à voluntate noſtra exiſtere,*
& art. 6. §. 1. ad 2. e duobus æque diſpoſitis ait: *Non eſt di-
cere rationem mali in voluntate, niſi ipſam voluntatem,
quæ ſeiſa veritabilis eſt: & quod ſeiſa veritatur in ipſo,
& non in alio, non eſt aſſignare aliquam cauſam à ſeiſo:
quia quod ipſo veritatur ad malum non eſt, niſi, quia pla-
cet: placiti autem non eſt alia ratio querenda: ſicut in
bonis, cum perueniunt eſt ad voluntatem Dei, nulla eſt
alio ratio: ita in malis cum perueniunt eſt ad voluntatem
veritabilem ſibi reſiſtam. Et §. 2. ait: *Deum eſſe ſolem
ſpiritualium, qui de ſe nunquam abſte, ſed ubique ſe
diſſundat: ſed alia deſunt ab ipſo quando recedunt per
peccatum. Ideo non eſt dicere, quod ſua abſentia ſit cauſa
tenebrarum, ſive mali: imo liberum arbitrium deſiciens
eſt cauſa, quare ei abſte ſpiritualis ſol. Quibus omnibus
conſonat etſi §. ſine, motus autem verſionis in hoc præ-
tillo, auerſionis à bono, & Deo, actio voluntatis noſtræ, &
materiale peccati eſt.**

2. Sanct. Bonauent. in 2. d. 34. art. 1. qu. 1. ſin. corp. [Si
autem quæras quid faciat ipſam voluntatem exire in pec-
catum, & quæ ſit diſpoſitio immediata ipſius reſpectu
culpæ: dicen ium, quod nulla ſup. radditur diſpoſitio: ſed
ipſa voluntas, quæ eſt domina ſui actus, & libera poteſt
ſeiſam conuertere ad illud, quod vult; etſi indebit ſe
conuertrat, tunc peccat: nulla ſuperinducta diſpoſitione
à parte voluntatis, quæ ſit præambula ad ipſam culpam.]
Quibus nullam præuiam diſpoſitionem ad conuerſionem
in hoc, vel illud, vt vult indebit, & contra legem, præter
voluntatis in ſuos actus dominum, & liberam poteſta-
tem admittit: ea vero voluntatis conuerſio per affectum
ſuam indebit eius phyſica operatio, & materiale peccati

eſt. Confirmat ſtatim exemplo. *Sicut ille, qui ſtat rectus,
poſſet ſtatim, ſi vellet, ſine noua diſpoſitione adueniente
dimittere ſe, & cadere: ſic voluntas recta conſiſtens, & in
ordine ad vltimum finem, poteſt illum ordinem exire. Et
d. 37. art. 1. quæſt. 1. ad vltim. ne excitationem quidem ad
actiones prauas, ne diuinam præmotionem, Deo permittit his
verbis: [Ad illud quod obicitur, quod Deus eſt princi-
pale mouens in tali actione] dicendum, quod verum eſt
attamen non ſequitur ex hoc, quod exciter liberum arbi-
trium ad faciendum illam operationem. Excitatio enim
dicit aliquem effectum gratiæ præuenientem ipſam vo-
luntatem: hæc autem requiritur in bonis mentioris; in
aliis verò operibus indifferentibus, vel etiam malis, non
eſt, niſi ſola cooperatio diuinæ virtutis.] Vbi, quoad
conſenſum ſolam admittit in Deo cooperationem cum
voluntate; non autem huius ad operandum determinati-
uam præoperationem, aut decretum; imo intentiona-
lem præmotionem, & excitationem, adhuc non præ-
determinatiuam, ad actionem prauam à Deo reſegat.
Denique in 1. d. 47. art. 1. qu. 2. vbi propoſito argumento
penultimo quod homo contra permiſſionem Dei facere
poſſit: quia poteſt non peccare, etiam cum à Deo pec-
care permittitur: Reſpondet: *Deus non dicitur permit-
tere peccare, niſi eum, qui ad malitiam peccat, cum peccat: &
tunc impoſſibile eſt eum non peccare.* Nullam ergo impo-
ſibilitatem non peccandi, ac peccandi neceſſitatem à diui-
na permiſſione ortam admittit: ſed eam ſolum, qua neceſ-
ſe eſt rem eſſe, & impoſſibile eſt non eſſe, quando eſt, &
aphicus Doctor agnoſcit, ac prouide ſolam conſequen-
tem, non autem antecedentem admittit.*

3. Scotus etſi ex 1. d. 39. & 41. pro aduerſariis citatur,
nullo tamen fundamento citatur, vt vidimus q. 6. cert. 1.
n. 4. maxime: cum expreſſe doceat in 2. d. 37. quæſt.
§. *Ad ſolutionem iſtorum obiectionum.* Deum non prius
cauſare materialem actionem peccati, ſed potius volun-
tatem poſſe, ſi velit cauſare actum bonum. Eius doctri-
na ibi, Nicolaus de Orbellis ead. diſt. circa med. ita cauſam
ſecundam in cooperatione ad opus prauum diſtinguitur:
[Quia illa cauſa poteſt rectitudinem dare actui, & ten-
tatur illam dare, & tamen non dat. Alia autem, licet non ten-
tatur eam dare, quantum eſt ex ſe, daret ſi voluntas crea-
ta cooperaretur: dando autem voluntatem liberam deus
antecedenter opera recta, quæ ſunt in poteſtate daretur.
Et ideo quantum eſt ex parte ſui, daret rectitudinem
omni actui voluntatis: & voluntati ex conſequenti daretur
ipſa voluntas quemcumque actui elicitum recte agere: &
parte ſui: eſt igitur defectus in effectu duarum cauſarum,
non propter defectum cauſæ ſuperioris, ſed inferioris,
quæ quantum ad ſe pertinet non cauſat, quibus ſimilis,
imo eadem repetit ibidem Scotus, ex quo fecit ad verum
Conradus 1. 2. q. 79. art. 1. poſtrema p. corporis his reſtat:
Voluntas increata, & Deus ipſe non poteſt eſſe prima cau-
ſa, & ratio deſcendiendi culpabiliter: quia ſi Deus primo ſui-
traheret rectitudinem actionis, tunc non eſſet in poteſtate
voluntatis recte agere. Inferriſculæ. Imo quantum eſt ex
parte Dei, illa rectitudo inſeſt actui: quod autem non re-
ſiſt, eſt ex voluntate creatæ. Et rotius diuina voluntas ſi
non tenetur dare rectitudinem effectui, tamen, quantum
eſt ex ſe, daret, ſi voluntas creatæ cooperaretur: quidquid
enim Deus dat antecedenter, daret etiam conſequenti,
quantum eſt ex parte ſui, niſi ad ſi impediuntur. Inſe-
ritus, Deus quantum eſt de ſe cauſaret rectitudinem, ſi
voluntas ſua cauſaliter cauſaret. Quæ omnia à
Deo cõtra præſinitionem, & prædeterminationem quan-
vis voluntatis creatæ ad actionem prauam, ſeu auerſile
peccati adeo aperta ſunt, vt ponderatione noſtra non
egeant. Accedit, Scotum eundem in 1. d. 44. & in 2. d. 37.
qu. vn. docere vniuerſim voluntatem ſeiſam, & non ab
alio, determinare ad actus liberos, atque cauſæ libere de-
ſinitionem communem admittit, vt ostendimus quæſt. 8.
cert. 1. à n. 1 ad 3. incluſiue & qu. 7. cert. 3.

4. Citatur etiam Durandus pro oppoſita ſententiæ ex
1. d. 46. qu. 1. cuius tamen toto art. 2. omnem antecedentem
neceſſitatem voluntatis noſtræ ad prauam actionem
tem neceſſitatem: ſicuti filius d. 47. q. 1. & 2. in 2. d. 2. q. 1. quæ
excludit: ſicuti filius d. 47. q. 1. & 2. in 2. d. 2. q. 1. quæ
d. 1. q. 1. ex vniuerſalioribus principiis ſtatuit: Deum cum
ſecus, neque aliter, quam eas producendo, & cõſeruando:
idque eo in primis animo, vt poſtea in 2. d. 37. q. 1. facilius
Deum